

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

**Jahr:** 1750

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN369547365

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

**LOG Id:** LOG\_0133

**LOG Titel:** Caput Undecimum. Angraecum terrestre alterum. Angrec tana. - Elfde Hoofdstuk. Het tweed Land-Angrek

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN369544501

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Maturi fructus dehiscunt in tria latiora, & tria angustiora segmenta, utrimque connexa instar coronæ Cæsareæ, intus flava locatur farina, quæ cinereum acquirit tandem colorem, & decidit, diu residuis furculis, quibus pedunculi infixi erant in caule, quæ & peculiarem formant corymbum.

Hujus & altera reperitur species, quæ prioris femina censetur, ipsi quam maxime similis, excepto quod folia breviora, ac dimidio angustiora sunt, immo quædam tres modo digitos lata, eodem modo per longitudinem costis donata, multis plicis rugosa, ac rariora numero. Flos eandem gerit formam, sed minor est, albus penitus, vel aliquando inferius parum purpureus, & inodorus. Bursæ prope radices angustiores & acutiores sunt. In prima specie, si in solo crescat pingui & argilloso bursæ aliquando crassitiem habent, ut tubera Condiliorum referant, atque in tota planta aliquando nil nisi hæc tubera conspiciuntur, quatuor & quinque simul locata sine foliis ac caulibus, interne herbacea & fibrosa, primo mucosa, dein in siccam ac spongiosam degenerantia substantiam, uti supra de *Angraco scripto* fuit dictum: In hortis transplantata hæc planta nulla gerit crassa tubera.

*Nomen.* Latine *Angracum terrestre primum purpureum & album*; Malaice *Daun corra corra*, juxta folii formam, quasi dicas cavum Korrakar exhibens, quidam communi nomine id vocant *Angrec tana*. Amboinenses hoc vocant *Abaan*, quod nomen commune est cum subsequenti *Involucro*, quum ambas herbas ad unum referunt genus.

*Locus.* Hæc species submissæ sunt, ita ut de arboribus descendant, & in solo crescant, non tamen in ipsa veniunt planitie, sed semper in præruptis inveniuntur locis, plerumque in vallibus, ubi terra decidit, ac superius nil nisi longum crescit gramen, quod *Hulong* dicitur. Alba species rara est, utraque copiose proveniunt ad ostium fluminis *Alf*, ubi difficile comparari potest, in hortis etiam transplantari potest, ubi per annum stat, antequam flores proferat.

*Usus.* Flores ornamento inserviunt, ac foliis Saguerei lagenæ conligantur, omnesque elegantia iis involuntur, quæ in forum venales adferuntur, uti de subsequenti *Involucro* amplius indicabitur. In foliis ac radicibus acrimonia quædam inest, ad *Helleborum* quodammodo adcedens.

In Figura avicula adparet picta prope florem, longo incurvoque rostro, quæ *Reguli* species est, quæque tam pusilla ac levis est, ut quibusvis infideat floribus, ac succum vel rorem ex iis exsugat.

#### Tabula Quinquagesima secunda

Ad Figuram primam *Angracum* exhibet *terrestre primum*, cum ejus flore A separato, & avicula *Cacopit* dicta.

*Angracum terrestre alterum* præcedenti Tabula 50. est expressum. Figura secunda florem exhibet triplicatum Cap. 13. descriptum cum ejus fructu B separato.

### CAPUT UNDECIMUM.

#### *Angracum terrestre alterum.* *Angrec tana.*

**A**ltera *Angraci* terrestris species crassiusculam ac repentem gerit radicem, fere instar *Curcumæ*, quæ caules quosdam emittit crassos, per longitudinem striatos & alatos, ac transversaliter articulatos. Folia sese invicem quoque complectuntur, referuntque illa teneræ *Pinangæ*, vel *Hellebori albi*, binas ac binas cum dimidia spithamas longa, sesqui palmam lata, quinque costis longitudinalibus distincta, glabra, & læte virentia.

Ex primario caule unus alterve rectus & rotundus excrescit caulis, sequi spithamam longus, quibus flores increfcunt supra sese invicem, magnitudine *Angraci primi*.

De ripe bersten open in drie breder, en drie smaldere riempjes, agter en vooren aan malkander hangende gelyk een Keizer-kroon, binnen is een geelagtig meel, 't welk grauwwerd, en uitvalt, blyvende de schuitjes, daar de steelen in stonden, nog langen tyd aan den hoofdsteel staan, en maken een byzonderen tros.

Men vindt nog een tweede zoorte hier van, die men voor 't wyfsken houd van de voorgaande, het zelve meest gelyk, behalven dat de bladeren korter, en maar half zoo breed zyn, zommige ook maar drie vingeren breed, op dezelve manier in de lengte geribt, vol vouwen, en weiniger in 't getal. De bloem is van het zelve satzoen, dog kleinder, gants wit, of zomtyds beneden wat peers bebbende, ook zonder reuk. De beurzen by de wortelen zyn ook wat smalder en spitzer. Aan de eerste zoorte, als het op een vette kleigrond staat, worden de beurzen zommige zoo dik, dat ze de knollen van *Combilis* gelyken, en aan de geheele plante ziet men zomtyds anders niet dan deze knobbelen, vier en vyf by malkander, zonder bladeren en steelen, binnen kruidagtig en dradig, eerst slymerig, daar na in een drooge spongieuze substantie veranderende, gelyk boven van 't *Angracum scriptum* gezegt is. Maar in de tuinen geplant gewint het geene dikke knollen.

*Naam.* In 't Latyn *Angracum terrestre primum purpureum en album*; in 't Maleits *Daun Corra corra*; na de gedaante des blads, als gezegt, het bol van een *Karakar* vertoonende, zommige noemen 't met een gemeene naam *Angrec tana*. De Amboineezen noemen 't *Ahaan*, een naam gemeen met het volgende *Involucrum*, terwyl ze beide kruiden voor een geslacht houden.

*Plaats.* Deze zoorten vernederen bun alrede, zoodat ze van de bomen afdaalen, en op de grond wassen, epter komen ze niet tot de vlakke, maar men vindt ze altyd aan steile plaatsen, meest in de valeijen, daar 't land afgevallen is, en boven op niet dan lang gras waft, van 't gene men *Hulong* noemt. De witte zoorte werd zelden gevonden, beide ziet men veel aan de steilte van de rivier den *Alf*, daar 't zomtyds moejelyk te bekomen is, en men kan ze ook in de tuinen verplanten, daar ze wel een jaar staan, eer ze bloemen dragen.

*Gebruik.* De bloemen werden maar tot cieraat gebruikt, met de bladeren bind men ze de *Sagueers-potten* toe, en men vind alderhande fruiten daar in, die men op de markt te koop brengt, gelyk van 't volgende *Involucrum* zal gezegt werden. In de bladeren en wortelen steekt een merkelijke scherpigheid, die zoo wat na de *Helleborus* wil aarden.

In de Figuur ziet men een vogeltje by de bloem getekent, met een lang krom bekje, zynde een zoorte van de *Regulus* of het *Koninkskken*, 't welk zoo klein en ligt is, dat het op alderhande bloemen zit, en den sap of dauw daar uit zuigt.

#### De twee en Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het eerste *Aard-Angrek*, met deszelfs bloem A afzonderlyk, en het vogeltje *Cacopit* genaamt. Het andere *Aard-Angrek* is in de voorgaande 50. Plaat verbeeld. De tweede Figuur vertoont de driegevoude bloem, in het 13. Hoofdstuk beschreeven, met deszelfs vrugt B afzonderlyk.

### ELFDE HOOFDSTUK.

#### Het tweede Land-Angrek.

**D**e tweede zoorte van *aard Angrek*, heeft een dikagtige kruipende wortel, schier als *Curcuma*, dewelke uitgeeft eenige dikke steelen, in de lengte gestreept met scherpe ruggen, en over davers geleed. De bladeren staan ook om malkander, en gelyken die van een jong *Pinang-spruitje*, of na *Helleborus albus*, twee en derdehalve spannen lang, anderhalve hand breed, met vyf ribben in de lengte verdeelt, glad, en blyde-groen.

Uit den hoofdsteel schieten een of twee andere regte, en rondere steelen, anderhalve spannen lang, daar aan wassen bloemen boven malkander, in de groote van 't *Angrek primum*.

Flos externe quinque alba gerit petala, & interne amplam & flavam Cassidem, quæ alis suis medium trigonum pistillum ambit, utraq; vero directe sub superiore locantur petalo, quod unum est ex mox quinque descriptis, quodque instar cymbæ supra florem convexum est, post florem ex basi ejus fructus excrescit, qui est siliqua oblonga hexagona, externe viridis, interne farina flava repleta, uti in Angræco primo.

Primaria ejus radix frustum refert Curcumæ, & supra terram prominere, quum folia & vetustis caulibus deciderint, ad latera emittit radices alias crassas longasque fibrillas, juxta terram instar vermium prorepentes.

Nomen. Latine *Angræcum terrestre alterum*; Malaiice *Angrec tana*.

Locus. Hæc species in plano prorepat solo, tam in nudis montibus, ubi parvulæ crescunt plantulæ & fruticuli, quam in planis vallibus juxta fluminum ripas sub gramine, in hortis etiam transplantari facile potest.

Usus ejus ignotus est, excepto quod ejus sapor non tam acris fit quam prioris, magis adcedens ad illum veri Angræci.

N. B. *Angræcum* hoc terrestre supra Tab. 50. fig. 3. est delineatum, atque convenit cum *Bela pola* H. Malab. part. 11. Tab. 35. quod *Gladiolus Indicus*, palustris, latifolius, flore albicante, in notis vocatur, & Fl. Malab. pag. 33. & Plukn. Amalib. pag. 106.

De bloeme heeft van buiten vyf witte bladeren, en van binnen een wyd geelagtig helmke, 't welk met zyn vleugelen het middelste drieboekige pylaartje omvat, en beide staan regt onder het bovenste blaadje, zynde een van de bloemschreffe vyve, 't welk mede als een schuifje over de bloeme gebogen staat, agter de bloeme uit den voet groeit de vrugt, zynde een langwerpige zesboekige bouwwe, buiten groen, binnen met een geelagtig meel, gelyk aan 't eerste Angrek.

De hoofdwortel gelykt wel een stuk Curcuma, en buitt boven de aarden uit, als de bladeren en oude steel afgevalle zyn, en heeft ter zyden andere dikke lange vazelingen, langs de aarde kruipende als wormen.

Naam. In 't Latyn *Angræcum terrestre alterum*; in 't Maleits *Angrec tana*.

Plaats. Dit kruipt nu op de vlakke grond, zoo op kale bergen, daar een kleine delle, en wat ruigte is, als in vlakke valseijen, langs de rivierkanten onder 't gras, laat zig ook ligt in de tuine verplanten.

Zyn gebruik is nog onbekent, behalven dat het aan smaak zoo scherp niet is als het voorgaande, en het regte Angrek nader komende.

N. B. Dit Land Angrek is boven Tab. 50. fig. 3. afgebeeld, en komt overeen met de *Bela pola* van de H. Malab. part. 11. Tab. 35. het geen de Indische, in moerassen groeiende, breedbladige *Gladiolus*, met een witagtige bloem genaamt wert in de Note van *Commelin*, als mede in de Fl. Malab. pag. 33. en by *Plukn. Amalib. pag. 106.*

## CAPUT DUODECIMUM.

### *Involucrum. Daun bonkus.*

Tertia *Angræci* terrestris species est *Involucrum*, foliis cum prima conveniens specie, plurimis enim gaudent costis ac plicis, quæ per longitudinem in postica protuberant parte, & acuta formant dorsa, sed subtiliora quam in prima specie, funtque folia hæc tenuia, glabra, & ex viridi nigricantia, quorum quodvis striato insidet petiolo, ac sese invicem ambiunt uti in *Curcumæ*, simul cum petiolo tres quatuorve pedes longa, binas lata palmas.

Flores fructusque peculiari progerminant modo, non cum *Angræco*, sed cum *Globba* convenientes. Inter folia enim ex radicibus breve excrescit tuberculum, ex squallide virentibus foliolis seu squamulis compositum instar *Hippophyti Globbæ Dæriion*, vel *Curcumæ*, sed multo minus. Inter ista foliola parvi eminent concavi flosculi, superius in sex apices distincti & lutei, qui cito marcescunt. Dein tuberculum istud ornatum est longis & obscure cinereis foliolis, inter quæ fructus excrescunt, qui sunt bacca oblonga rotundæ, ac virides, instar testiculorum *galinaceorum*, cum residuis siccis floris petalis in summo, intus repletæ sunt hæc bacca nigris granis, quæ mucositate seu pulpa obducta sunt, qualis in *Globba* reperitur, sed sine sapore & odore.

Radix transversalis est, pollicem crassa, & instar *Suberis fungosæ*, interne nigricantibus maculis & punctulis notata, externe innumeris pusillis fibrillis obducta. Ejus *Hypophytum* raro conspicitur inter foliola latens, potissimum Januario.

Nomen. Latine *Involucrum*, juxta vulgare Malaiense nomen *Daun bonkus*, h. e. folium involutionis, veri autem Malaienses id vocant *Cattari*, alii etiam *Daun corra corra*, uti primam speciem; Amboinice *Abaain*.

Locus. In montibus crescit silvosis, in arenosis lollis, apricis, & ubi arbores vagæ sunt, uti circa vias mediæ regionis, ubi solum est acutum & saxosum, argillo rubro mixtum, cui per radices suas firmissime infixum est. Nunquam folitarium crescit, ac semper cohortatim, sed separatim, & ob silvestrem ejus naturam haud facile transplantari potest.

Usus ejus frequens est apud incolas in re domestica, petunt enim ex silvis folia, quibus involvunt *Canarios*, *Lemones*, ac quosvis alios fructus & pisces, quos venales gerunt, vel aliis transmittere volunt, huic enim operi apta sunt, quum cymbæ formam habeant, ac lenta sint, utrimque acuminata, unde quod ipsis involutum est, optime tegunt, in re Medica nullus ejus innotuit usus.

Altera

## TWAALFDE HOOFDSTUK.

### Het Inwindzel.

De derde zoorte van *Angræcum* terrestre is het *Involucrum*, aan bladeren met de eerste zoorte overeen komende, want zy zyn vol ribben en ploojen, in de lengte aan de agterste zyde met scherpe ruggen uitstekende, dog fynder dan aan de eerste, dun, effen, en zwartagtig-groen, ieder op een geribden steel staande, en malkander omvattende gelyk in de *Curcumæ*, 't zamen met den steel drie en vier voeten lang, twee banden breed.

De bloemen en vrugten komen op een byzonder manier voort, met geen *Angrek*, maar met de *Globba* overeenkomende. Want tussen de bladeren uit de wortelen ontspringt een kort kolfke, van vuilgroene bladeren of schubbekens gemaakt, gelyk het *Hypophyton* van *Globba* *doerion* of *Curcumæ*, dog veel kleinder. Tussen de blaadjes kyken kleine holle bloempjes uit, boven in ses spitzten verdeelt, en geel, die haast versienzen. Daar na ziet men den kolf bezet, met lange donker-grauwe blaadjes, tussen dezelve groejen de vrugten, derwelke zyn ronde, langwerpige, groene bezien gelyk *baane-klootjes*, met eenige droge blaadjes van de bloeme boven op. Binnen zyn ze uitgevult met zwarte korrels, en dezelve met een zilververwige slym of merg omgeven, gelyk men in de *Globba* ziet, dog zonder smaak en reuk.

De wortel is dwers, een duim dik, voos als *Kork*, binnen met zwartagtige plekken, en puntjes, buiten met ontelbare kleine vazelingen omgeven. Het *Hypophyton* ziet men zelden, tussen de bladeren schuilende, meest in *January*.

Naam. In 't Latyn *Involucrum*; na 't gemeen *Maleits* *Daun bonkus*, dat is *Folium involutionis*; dog de regte *Malyers* noemen 't *Cattari*; andere ook *Daun corra corra*; gelyk de eerste zoorte, in 't *Amboins* *Ahaain*.

Plaats. Het wast op de bergen in de bossen, dog op zoodanige plaatsen, daar 't lugtig is, en de bomen ydel staan, gelyk omtrent de landwegen, daar het scherp en steenig is, op een roode kleigront, daar het dan met de wortelen zeer vast houdt. Het wast ook nooit enkel, maar met toppen by malkander, dog niet aan malkander vast, en laat zig wegens zyn wilden aart niet ligt verplanten.

Gebruik. Het heeft een groot gebruik by de *Inlanders* in haare huisboudinge, welke deze bladeren uit het bos halen, om daar in *Canary*, *Lemones*, en alderhande vrugten en visfen te winden, die ze te koop dragen, of aan aderen verzenden willen, want zy zyn daar toe bekwaam om dat ze schuifte-formig, en taai zyn, agter en vooren toegespitst, en daarom 't ingewondene goet dicht bedekken. In de *Medicyne* is geen gebruik bekend.

Een